


Bibliothèque numérique

medic@

**Galien / Leoniceno , Niccolò (trad.) /
Chalcondyle, Demetrios (trad.). Galeni
Pergameni Libri Anatomici, quorum
indium versa pagina indicabit**

*Bonomiae : in aedibus Ioannis Baptistae Phaelli
Bononiensis, 1529.*

Cote : 61462x02



Caralogus eorum, quæ hoc Libro continentur.

Galenus de motibus Musculorum Nicolao Leoniceño interprete Lib. II.

Anatomicarum aggressionum Demetrio Chalcondyle interprete Lib. IX.

De Arteriarum ac Venarũ dissectione Antonio Forrolo interprete Lib. I.

De Neruorum dissectione eodem interprete Lib. I.

De Hirudinib: Reuulsione, Cucurbitula, Curis concisione, seu Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete

IACOBVS CARPVS HERC. GONZA-
ghæ Card. Mantuano Domino suo, S.

Quam necessaria est medicina ad ualitudinem,
uel tuendam uel restituendam, est ad perfe-
ctam medicinæ cognitionem necessaria, ars ea cor-
pora incidendi, quam greci ἀνατομικὴν appellant. Nā
cumi morbi pleriq; omnes in alte abditis, ac remotis
ab aspectu partibus, sedem, et quasi fontes habeant
suos, et eedē saepe pres, aut hoīum ui atq; iniuria læ-
dant: aut alio quouis casu, uitiēt: Quis audeat sibi
aut morborū, aut uulnerū, ceterarūq; hūani corporis
affectionū, quæ uitæ periculū minitēnt: curationē
deposcere: qui uitæ ipsius quasi penetralia, explora-
ta ac p̄specta non habeat: qui nō intimarū partium
positū, ordinē, figurā, habitus deniq; ac recessus, nō
mente, tantū sed oculis etiam plustratit! In hac arte
cū intelligerent quantū esset præsidii excellētes in-
genio ac subtilitate hoīes, cū greci, tum latini, neq;
magis ueteres quā recentes, ei curæ studiūq; sui mul-
tō maximā partē, et inuestigando, et docēdo, et scri-
bendo impertiti sunt: Neq; quisq; fere se medicū di-
cere ausus est: qui non ad eam excolendā atq; illu-
strādā operæ solertiæq; suæ plurimū contrulerit.
Huius ego cū utilitatē sæpissime essem expertus, in
uindicanis plerunq; a maximis periculis hoībus:
quantum ingenio, cura, studio multorū uoluminū
lectione, eruditissimorū utraq; lingua hominū con-
suetudine, cōsequi potui, eo libro sum testificatus:
quē nominatim de hūani corporis sectione edidi.

a ii

Sed. n. cum intelligerem hanc medicinae partem a Galeno medicorum omnium (Hippocratem tamen excipio) facile principem, doctissime copiosissimeque tractatum: atque eos Galeni libros a Demetrio Chalcodyle homine aetatis suae in graecarum literarum interpretatione exercitatissimo, in latinum sermonem diligentissime ac fidelissimum conuersum, nihil prius habui aut antiquius: quam eum e latebris, in quibus diu iacuerat, eximere: Neque uero aut labore, aut impensam ullam refugere: dum eius compositum fieri studeo. Verum cum quod id ego magis cupiebam: ita, ut fere sit, in iis rebus quae ipse experimus, se quodam modo uotis meis subduceret: postremo a Lazaro bonamico Bassianense homine rectissimis studiis, optimisque artibus, et cum primis magna utriusque linguae facultate praedito, ad ipsa quasi latinae loquentis Galeni latibula sum deductus. Iam uero cum librum nactus essem: non facile dixerim: utrum me magis ad eum legendum Galeni nomen et operis argumentum inuitaret: an uero rerum et uerborum copia, partium accurata distributio: deriuaret, illud satis scio: me nihil unquam auidius aut diligentius legisse: Fuit tamen (ut nulla hominis satis plena, aut perfecta uoluptas contingere potest) illud pro mihi molestum: quod passim multa offendi mendosa, multa deracta, multa alieno loco inserta: quod aut propter librarii imperitiam, ac negligentiam, aut quod Demetrius non satis castigato, et integro exemplari in uertendo usus fuerat: accidisse suspicatus sum: Quod sane uitia ac uerius pulcherrimi corporis uulnera, cum sananda ducerem: adhibui de auditorum et sectatorum meorum

EPISTOLA 3

numero duos doctrina, ac utriusque linguæ peritia præstantes uiros, quorum auxilio collatis græcis exemplaribus, totum opus ab omni mendorum sceditate uindicatum, ac uitiis omnibus perpurgatum, ita restitui, ac reformari, ut (nisi mea me fallit opinio) quiuis in Galeni modo lectione uersatus, huc eius partem in latinum trãslatum, possit agnoscere. Iã uero cum opus plane expolitum et ad umbilicum (ut aiunt) mihi redactum uideretur, ederem ne illud, an uero solus eo fruerer, diu dubio atque incerto animo fui: Nam quantum me ad editionem cõmunis utilitatis studium adhortabatur: rãtum deterrebat multorum nostræ ætatis medicorum imperitia: qui eo errore implici tenentur, ut speris ac contemptis græcorum fontibus, turbidissimis plerumque barbariarum uulgaribus morborum remedia hauriant: quique optimos quosque libros, nihil certe magis quam aut fides græchulus: aut sus amaracinum curare consueuerunt. In hac animi mei hæsitacione, forte ita accidit, ut cum apud te Bononiæ in horris ad uiolam cenaremus ad essetque in eo conuiuio. P. Pomponatus suæ ætatis Philosophorum facile princeps, quo tunc magistro in philosophia utebare: Lazarus is cuius ante mentionem feci, et Franc. Furnius adolescens doctrina abundantiss. ac multis bonis artibus ornatiss. sermo fuerit de hac ipsa medicinæ parte illatus: ibique cum multa ultro citroque, de partium humani corporis situ, ac nominibus disputata fuissent: ego forte Galeni ex his

EPISTOLA

ipsis libris sniam pronūciaui. Rogasti illico tu me,
 pro incredibili tuo studio in oī disciplinarū genere
 habere ne hosce libros: Qd̄ cum affirmassem: tunc
 duo a me uehementer cōrendere ccepisti: primū ut
 (quoniā ea de quib. egeramus, nisi oculis subiicerēt,
 nō possent facile cognosci: ea qualia eēnt, ut tibi dis
 secto sue indicarē: qd̄ ex omnib. aīanrib. sūmā esse
 accepisses huic in uiscerib. cum homine similitu
 dinē: Alterū ut q̄primum hos libros ederē. Cōmo
 uit me plurimū flagitatio tua, a sūma discēdi cupi
 ditate, qua te semp̄ flagrare cognorā: p̄fecta: Neq̄
 mihi ullo pacto cōmittēdū putauī, ut tibi adolescē
 ti amplissimo, ac nō magis fortunæ dotibus, q̄ uir
 tutis ac liberalis oīs doctriæ genere ornatiss. eidēq̄
 de literatis oīb. optime merito, meā in obsequendo
 humanitatem atq; officiū desiderandū relinquerē.
 Alterā igit̄ quasi æris alieni partē statim dissolui:
 ita ut ipse, et qui aderāt oēs, in ea uiscerū īci sione si
 bi accumulatis. fatif factū dicerēt. Alterā nūc depē
 do: serius q̄ fortasse et ipse cupieras: et ego statuerā:
 sed editiōis tarditatē defendet, opinor, et mea et eo
 rū hoīum, quos aī noīaui, et īpressoris ēr ipsius dī
 ligētia: neq; n. qd̄ nīm q̄sq; prestare debuerit, te aut
 quenq̄, q̄ hos libros ī manus sumpserit requisiturū
 existimo. Suscipe modo Car. augustiss. esflagitatū
 a te munus hilari frōre: ac mihi crede si tibi id gra
 tū p̄tigisse ītellexero, et ī posterū me operā daturū,
 ut te hoc genere literarū expleā: et alios ēt, ut hāc a
 te gratiam ineant exciraturum. Vale.

CLAVDII GALENI PERGAME 4
 NI DE MOTV MVSCVLORVM LIBER
 PRIMVS, NICOLAO LEONICE
 NO VICENTINO
 INTERPRETE.



Mstrumenta motus uoluntarii, musculi sūt, quorum adeo magna multitudo est, ut ne numerare quidem eos facile sit. Nam et natura ita quidam coniunguntur inter sese, ut uideantur unus esse. Et quum unus aliquis existat in multas desinentes tendones, non unus amplius solus esse uideretur, sed quor sunt tendones. Idcirco et quia multiplices sunt figurae, et in dissimiles inseruntur partes, modum motus difficulter comprehensibilem habent. Erit autem ne id quidem parum, uidelicet ipsos musculos innasci particulis quae mouentur in diuersis locis, et saepenumero contrariis. Alii enim deorsum, alii sursum, nonnulli ex anteriori parte, uel posteriori, aut hinc, aut illinc concurrunt. Quin etiam omnis musculus secus per transversum non ualde tenui, neque superficiali sectione, nocet quidem omnino quibusdam motibus particulae, in quam inferebatur. Sed quia multiplicia sunt nocumenta, et hoc etiam pacto modus ipsorum motus difficulter comprehendipotest. Siquidem musculi qui in cruribus sunt, quum alius alius scissus fuerit, uel flectere, uel extendere, uel extollere, uel demittere, uel conuertere membrum, statim nequeunt. Eadem et phlegmone, et calli, et putrefactiones, et contusiones eorum, et durities cicatricum efficiunt, et in cruribus, et in manibus maxime. Etenim ex musculis patientibus, in utraque manu quidam tollere, uel extendere, uel flectere, uel demittere eas non amplius possunt, quidam uero in utraque partem circūducere, uel conuertere retro, eadem tendonibus patientibus fiunt. Vocant autem eos recentiores ἀπονευρωσεις quasi enervationes musculorum, quoniam ut puto, musculos in eos uident finire. Mixta autem quaedam eorum natura est, et media inter ligamentum et neruum. Ligamentum enim est proprio non comuni

διότι

a iiii

IMAGALENI LIBER.I. VAJD

uocabulo corpus neruofum, ex offe quidem omnino ortum habens, in diuersam autem naturam transiens, aut in os, aut in musculum. constat etiam nomen ei ab usu esse inditum. Neruus autem et tensio ex cerebro, aut spinæ medulla oriuntur, nuncupatur autem ab operationibus unū instrumentum duobus nominibus, eo quod nutare, et tēdere natum est. Substantia uero corporis eorum ea est, ac si intelligas stipatum et densatum, ideoq; duriusculum factum cerebrum. Est etiam et spinalis medullæ corpus simile cerebro compacto, et ob id duro facto. Nam et ipsius cerebri posterior pars, quæ medullæ spinæ continuat, durior est anteriori parte. Et quicunq; neruorum molliores sunt, hi nihil a medulla spinæ differre tibi uidebantur. Sed medulla quæ in aliis ossibus est, talis uisitur, sed humida, et propemodum fluxilis. maxime uero ipsius molle, assimilari pinguedini posses. Quapropter nec exoriri ex hac medulla neruum aliquem inuenies, neque mollē, neque durum, Quin nec cerebri, et medullæ spinalis tegumentis, nec præterea arteriæ atque uenæ intexūt eam, itaque nullo pacto cerebro, et medullæ spinali similis est, nec est ipsi ulla cōmunicatio uel participatio cum musculis. Sed cum cerebro, et medulla spinæ, omnibus musculis corporis non parua cōmunicatio est. Nam aut a cerebro, aut a medulla spinæ neruum accipiant, necesse est, qui uisu quidem paruus, sed uirtute minime paruus. Cognosces autem ex passionibus. Nam incisus, oppressus, cōtus, laqueo interceptus, callis affectus, et putrefactus, auferit musculo omnem motum et sensum. Quin et phlegmonem patientes non pauci spasmo correpti sunt, et mente alienati, quorum quidam sic affecti, quū sapientiorē medicum nacti essent, neruo abscisso statim desierūt spasmo et mentis alienatione laborare, sed postea musculum in quem neruus insertus erat, insensibilem atq; inutile ad motū habuerunt. Adeo cerre magna quædā uis est, in neruis desup a magno principio influens, nō enim ex seipsis eam, neque cōnatam habent. Cognoscere etiā potes hinc maxime, si incideris quæcunq; istorū neruorū, aut spinalē ipsum. Quantū enim superius est incisionis cōtinuū cerebro, id

DE MOTV MVSCVLORVM 5

bro, id quidem conseruabit principii uires. Omne autem quod inferius est, neq; sensum, neq; motum ulli p̄bere poterit. Nerui itaq; riuorū i morem, a cerebro ceu ex quodā fonte deducuntur musculis uires. Quibus quū primū cōiuncti fuerint, scindunt multifariā, alii in alias uariati scissuras, tandemq; in tenues et mēbraneas fibras omnino soluti, rotū sic musculi corpus interrexūt. Ligamenta uero iuxta q̄ musculi ossibus colligantur et cōnascuntur, et mēbranas circa se gignunt, et quosdā intro peruios ductus in ipsam carnē musculorū mittūt, quā ueluti quandā regionē intellige multis riuis irriguā, uno quidē pfato neruo, duobus uero aliis, altero sāguinis calidi et tenuis et uaporosi, altero frigidioris et crassioris. Vocatur autē ipforū alter arteria, alter uena. Isti igitur riuū principii a corde et hepate habentes, corpus musculorū irrigāt, quorū gratia nō amplius regio quādā nomine absoluto, sed quasi plāta musculis fit. Iam uero p̄pter tertium riuū quia principio magno deducitur, non planta, sed quoddā p̄stantius planta redditur, assumpto sensu et motu uoluntario, quibus aīale a non aīali differt. Propter has igitur uires instrumentum aīale musculus factus est, quēadmodū p̄ arteriam et uenā naturale. Etenim morus qui ex arteria et uena p̄cedūt, naturales sunt et uoluntatis expertes, qui autē a musculis, aīales et uoluntarii. Siue autē consulto dicas musculorū fieri motus, siue spontaneos, aut cum uoluntate, nihil refert. Vnū enim in oībus his coniectari oportet, quō uidelicet discernas motū ipforū a motu arteriarū et uenarū. Itaq; si nequeas in noībus ostendere differentiā, abunde satis quōuis significabis. Cur igit nō sensus instr̄m eē musculū dicimus, sed motus dūtaxat, qui plane utriusq; s̄s̄r existat princeps? An q̄a morus quē nullus utiq; fieri posset aīalibus uoluntarius absq; musculis. Quare p̄priū ipsius instr̄m musculi ē. Sēsus at̄ inest oībus sensilibus p̄culis, et sine musculis. q̄cūq; .n. ipsarū p̄iceps sit nerui, ea oīo sentit. qd̄ igit sit musculus clare dcm̄ ē, nēp̄ morus uoluntarii instr̄m. dcm̄ est et unū principii motus sit ipsi, et p̄ q̄puta a cerebro et p̄neruos. Dcm̄ p̄terea et quēadmodū i ip̄m hi scīdāt, et quēadmodū ligamēta. Reliquū at̄ adhuc ē de natura rēdonū

MGALENI LIBER. I. MO. 80

dicere, quo nihil obscurū relinquat. In omnibus q̄ deinceps sequunt. Quod igitur quasi mixta quædam natura tendonum sit ex ligamētis et neruis, dictum quidem et hoc ante, sed consideratio eius omīssa est, nunc uero adiūgetur. Tendo tanto durior est neruo, quāto ligamēto mollior. Quin et mole corporis talis, ut qui ex ambobus maxime factus sit. Et ligamētum quidem oē insensile, neruus autē omnis sensu præditus, tendo uero neq̄ insensilis, quia et neruo participat, nec ita sensilis, ut neruus, non enim neruus est tantum. Quatenus igitur participat ligamenti naturæ, eatenus heberatur acrimonia sensus. Quinetiam ex eo quod nascitur quidem tendo ex fine musculi, inferuntur autē in caput ipsius et neruus et ligamēta, deinde in totum musculum disperguntur, rationabile est ex ambobus tendonem esse factum. Clarius autē id scire posses per dissectionē, euidenter enim uidebis principium quidē, quod uocant caput musculi, magis neruosum, media uero carnosiora, ubi uentriculi (ut uocant) musculorum sunt. Inde rursus pro additionis portione multo semper neruosior effectus. Tandem eo magis neruosus apparet terminus inferior, quo etiā apparet in capite. Neruus autē perueniens ad ipsum, in prima quidē in sectione in paucas distribuit portiones. Illis iam in alias scissis, hisq̄ iterū sectis in alias, eo usq̄ tandem scissura procedit, ut in membraneas et ualde tenues fibras desinat. Rursus hæ particule inuicem coeunt, ac neruos mole quidē prioribus maiores, ceterum numero pauciores generant, qui in fine musculi et numero et magnitudine pares iis qui initio locantur primo euadunt. Quoniam uero tendo nascitur multo maior neruo, qui in musculum descendit, manifestum est quod non solū ex neruo factus est, uerum etiam aliquid ex natura ligamentorum assumpsit, nec sane hoc modicū. Multis enim locis sexcuplus, multis etiam decuplus crassitudine nerui apparet. Et merito sane rursus et talis factus est, ut qui et ligamenti et nerui usum exhibiturus sit. Alligat enim musculum subiectis ossibus in quæ inserit, et hac parte nihil differt a ligamento. Sentit autē et mouetur, sic quoq̄ neruo participat. Maior autem factus est neruo quippe quos mouebit.

DE MOTV MUSCULORVM 76

nebit. Inscritur enim ut plurimum omnis tendo in ossis terminum cartilagine exceptum. Sed non erit hic terminus quilibet, nec ipse nervus ut incidit, uerum dilatatus in uoluitur circa superiorem partem ossis, quod uocatur caput. Sic enim quum ipse trahitur a musculo, erat contrahitur os subiectum conatum sibi. Vinculo enim tuto quodam erat opus musculo, ut ab ipso os moueretur, nec erat aliud ad hoc aptius ligamento. Nervus autem qui a cerebro procedit, uia quaedam existens uirtutis motoriae, quod seum hac comunicat simul extensus est, et conmixtus ligamento, et ita tendo factus est ex utrisque. Omnis igitur tendo in os omnino inseritur: non tamen omnis musculus in tendo definit in nullo enim musculorum mouetur linguam nascitur tendo, non enim requiebat lingua motu ullius ossis, quae uocem fit, aeditura articulate, et saporis diiudicatura, et masticationi atque deglutioni adiumento futura. Quod si cui uideretur cor similiter habere, hic non diligenter animaduertit musculi corpus, alioquin cognosceret ipsum a musculo multum differre, et crassitudine, et formatione, et contextu, duritieque. Quae ueritatem et operibus nequaquam conueniunt. Hoc enim in duplici et composito motu qui perpetuo ex eleuatione et depressione consistit, minime indiget motu spontaneo animalis ad rei cuiusdam generationem, musculis uero neque motus similes citraque uoluntatem nunquam fieri possent. Sunt enim quaedam ligamenta in uentriculo cordis, ad unguem similia tendonibus, de quorum usu alibi dicemus. Intelligatur autem nunc nomen ligamenti, secundum commune significatum. At labra oris exacta plane compactione cutis et musculi facta, absque osse mouentur. Similiter et ipsi oculi motum habent uoluntarium a musculis, nullum autem os cum eis mouet, praeterea et cutis quae in fronte et superciliis est, tum plurimae partes faciei, ossibus quiescentibus, motu reguntur uoluntario. Ea tamen differentia est inter hanc cutem, et oculos, et labra, quod huic quidem subiecta est natura musculosa tenuis, oculos autem magis musculi mouent, labrorum uero natura cute admixta musculo fit. Quod si etiam stomachus ipse uentris quem *διστομάχον*, id est gulam uocabatur ue-

MUSCULI GALENI LIBER I. DE

teres, musculus est, et musculi officia animalibus ministrar,
 erit utriusque et hic musculus, neque in tendonem desinens, neque
 os simul mouens. At qui in ceruice uesicæ suscipiens urina
 nam est, et substantia corporis oïno musculo similis est, et
 actione. Quæ admodum sane et qui in fede, siue illud unum
 solum musculum, siue plures coniunctos existimare oportet,
 mouetur autem ab his os nullum, quæ admodum ne ab
 illis quidem qui in testes et penem descendunt. In summa
 de omnibus musculis dicendum, quod motus uoluntarii
 sunt instrumenta. Tum quandoque seipso duntaxat mouent
 contrahentes, ut musculi sedis et uesicæ, quandoque uero et
 curem ad principium suum trahuntur simul attrahuntur,
 uelut hi qui in labris et fronte, et omnino in facie sunt, ab
 his itaque nullus nascitur tendo. Cæteri omnes musculi qui
 cum ossa mouent, in tendones omnino uel maiores uel
 minores terminantur. Quicumque uero aliud quid, horum
 quibusdam sunt tendones, quibusdam uero non. Mouent
 autem aliud quam os, musculi oculorum, linguæ, testium, et
 penis. Item et gutturis, tum qui maxime sunt Laryngis. Ea
 est superior terminus asperæ arteriæ, quod et caput appel
 lant bronchi, et faucis. Musculi igitur oculorum membra
 neis quidem, sed ualidis texturis nerueis, in duram, et ner
 uosam tunicam adiacentem rhagoidi perueniunt. Penis
 autem et testium, nullo contextu nerueo facto, carneis ip
 sorum particulis innascuntur. Porro musculorum qui in
 gutture et fauce sunt, quibusdam exigui quidam contex
 tus neruei, quibusdam nequaquam sunt. Morus autem mo
 dus alius alibi existit. In lingua quidem non est quæ mo
 rum uidere non posses, sursum enim et deorsum, ante et
 retro, ultro citroque apparet circumferri. Partim etiam quasi
 reflexa et propensa, partim ingeminata et supplexa, non
 nunquam etiam circulariter undique circumducta. Sed in
 oculis quatuor quidem sunt recti morus, sursum, deorsum,
 dextrorsum, et sinistrorsum, duo autem alii musculorum
 qui circumferuntur in oculo. Duo etiam musculorum cir
 ca tempora, firmantibus enim dentes inuicem reduntur,
 atque curuantur, hiantibus uero laxantur, et porriguntur.
 Quinetiam morus magni musculi in brachio, satis perspi
 cuus dum

cuus dum flectendo in cubitū curuatur, et in sepsum coit, in extenſionibus autem laxatur, et exporrigitur. Eoſdem motus et musculus magnus cubiti intus euidenter haber appa- rentes. In flectendis quidem digitis curuatur contra hiturq; extendentibus uero ipſe quoq; extenditur, et laxatur, et porrigitur. Sic etiam et alii musculi pene omnes q in pedibus ſunt, duplices motus uidebuntur habere, ſi eos denudaueris cute, nam etiam prædictos non denudatos uidemus propter magnitudinem. In macilentis autem et musculosis corporibus, compluriū musculorum motus euidenter apparent prius quam cutis animatur. Sed musculus qui in ſede eſt, proprium quēdam motum, quin et figuram diuerſam poſſedit, cōtractis crumenis ſimilem. Imo uero ſeptum tranſuerſum ſimile eſt tali cuiſpiam rei, niſi quod non perforatum eſt. Huius igitur motum euidenter uidebis, diuiſo quidem peritoneo, circum colligēs autem ſubieca uiſcera. Aliorum autem musculorum qui in thorace, et omnino ſub uentre ſunt, ſufficit eutem tantum auferre. Accidit autem illis diuerſum ab iis qui in manibus et facie locum obtinent. Illi enim quum extēduntur, ad principium curuantur retrahunturq;. Hi autem dū tenduntur, exporriguntur, curuantur uero dum laxant. Vtrū igitur (id enim a principio propoſitum erat conſiderare) tot modi motus exiſtunt musculis quot etiam apparent, et in diuiſionibus, et prius quā denudes particulas, an multo quidem pauciores ſunt, apparēt aut multi. Abſurdū. n. uidetur præter alia, nō unū motū musculis exiſtere. Tanq̄ ſi et arteriarū alium alius motum exiſtere dicat quiſpiam, ſemp enim natura uidetur p ſimilia inſtrumenta ſiſt opēzari. Q & ſex inſint igitur motus oibus musculis quod iā quidā dixerunt, euidenter redarguitur, nullus enim musculorū qui in cruribus et manibus ſunt, habet tertii quēdam motū diuerſum ab extenſione et contractione, quē admodū nec temporanei quidem musculi. Euidenter. n. et horū utriq; duo ſunt motus. Si aut totū membrorū in ſex loca musculi trāſferūr, nullū hinc dubium quin per ſingulos eorū duplex ſit motus. Si enim unus musculus totum membrū moueret, neceſſe eſſet quot ſint membri motus,

tot esse et musculi motus. Quoniam uero non solū sex,
 sed et multo plures in unoquoque membro musculi sunt,
 nihil profecto mirum alium ab alio membro fieri motū.
 Sed puto linguam eos decepisse, qui eiusmodi dixerūt, ra-
 tos uno musculo ipsam exister. Quod si uere unus muscu-
 lus esset, euidenter utique demonstraretur, unius musculi
 multos esse motus, nunc autē (non enim unus est, sed mul-
 ti musculi ipsam mouent) contrariū puto conclusum iri,
 uidelicet nō multos uniuscuiusque musculi eē motus. Alio-
 qui frustra esset eorū multitudo, si per unum omnes effici
 possibile esset. At uterque oculorum, aiunt, quatuor rectos
 obtinet motus. Recte o bone uir, etenim et musculi recti
 quatuor. Esset autem unus in utroque, si omnes mouere ido-
 neus esset. Ut igitur si unus esset, cōcluderetur quatuor eē
 motus, sic quoniam tot numero sunt quot motus, ab uno-
 quoque ipsorum unum fieri concludetur, quemadmodum
 etiam eorum qui circūuertunt ipsum utriusque unū. At qui
 apud nos ipsos, inquit, in confesso est, etsi nō plures, duo
 saltem per singulos musculos motus fieri. Quomodo igitur
 ratio unum esse uult? Est autem hoc nihil absurdum, mo-
 tus enim ut actio unus in singulo, cōtrarius uero per acci-
 dens. Siquidem operatur trahens ad seipsum particulam,
 quæ mouetur. Non operatur autem quum in contrarium
 locum ab alio musculo abducatur, ideoque nulla particula
 quæ mouetur uno utitur musculo, sed siquidem de super
 aliquis innascatur, omnino aliis sursum contra innascit,
 etsi ex dextris, omnino alius ex sinistris. Vnaquæque enim
 particularum quæ mouetur, ueluti a quibusdam habentis
 in contraria interceptis, uicissim habet alterum ipsorum
 intensum, alterum laxatum. Intensus igitur trahit ad se,
 laxatus autem trahitur cum particula, et propter hoc mo-
 uentur quidem secundum utrosque motus utriusque. Operari
 autem est eum qui mouetur intendi, non sequi, sequitur
 quum ipse otiosus transferatur, sicut quædam alia membri
 particula. Nunquid igitur audemus dicere, unum omnium
 musculorum conatum esse motum, an non prius quā no-
 bis omnia quæ in ipsis apparent confessa fuerint. Mihi id
 longe melius esse uideretur. Quæ igitur sunt quæ in ipsis
 apparent

DE MOTV MUSCVLORVM

apparent, dicamus, nihil omittentes. Vnum itaque et primum, cuius pars iam in principio quoquo modo dicta est, quod abscissis quidem ipsis totis per transuersum motus penitus perit in subiectis particulis, incisis autem læditur. Lætionis autem quantitas, quæritatem sectionis sequitur, magis quidem pereunte motu in maioribus diuisionibus, minus autem in minoribus. Hæc eadem de tendonibus quoque mihi dicta esse puta, etenim et hos siquidem totos abscideris, dissolues motus particularum. Si uero incidaris, tantum lædes quantum incidisti. Si itaque motus omnis periret partis, uno inciso musculo, concluderetur utique omnium motuum hunc unum musculum ducem esse, si uero unus quidam dûtaxat motus periret, huius solius dux esset qui incisus. Sed quia neque unum solum, neque omnes perire accidit, sed omnino duos, concludi uidebitur utique ab uno musculo duos fieri motus. Sed quia et musculus ex contrariis partibus constitutus, aut tendo sectus, eosdem duos motus perdit, rursus utique et illum fore secundum eandem rationem dominum eorundem duorum mortuum dicemus quos tuentur, aut offendunt pari modo. Quare si unus quiuus musculorum pereat, motio simul peribit. Quæ facere non similiter ambo nati sunt, sed uterque alteram solum, namque necesse est horum alterum uerum esse. Vtrum autem sit, conabimur ostendere, quum prius clarius dixerimus, quod mortuum qui sibi inuicem succedunt, necesse est altero pereunte, et reliquum simul perire. Finge enim cum mortuum uitiatum esse, qui natus est particulam extendere. Igitur flectetur quidem primum, manebit autem in hoc perpetuo, quod non amplius extendi possit, quæ motu extensorio priuata est. Quia igitur extendi non amplius potest, idcirco nec flecti quidem, flectis enim quæ antea extensa est. Similiter mortuum qui natus est flectere particulam si accidat perire, extenderetur quidem primum, sed immobilis in posterum fiet, quum non amplius ad flexionem uenire potuerit, quæ præcedente extensio sequitur. Id igitur magis quouis alio uerum esse uideretur, uidelicet motus contrarios sibi inuicem succedentes simul corrumpi. Quamobrem recte se habet quæstio, utrum duo motus

GALENI LIBER.I.

ab utriusque musculis fiant, an unus quidem ab utroque, tum ne simul reliquus cum altero pereat. Quo igitur pacto id distinguetur diuersis casibus? Vt enim communia demonstratiua erant alicuius communis, quantum erat in seipsis, ideoque incertum fiebat quod proprium erat in utroque, sic quae diuersa sunt, et demonstrationem propriam utriusque musculorum operationis, et ueritatem manifestam facient. At proprie in utroque musculorum haec sunt. Eo quidem qui intus est abscisso, extensa pars in hac figura perpetuo manet, eo autem qui foris, flexa non amplius extenditur. Quod si tuis manibus capiens flectas extensam, uel extendas in flexum, utrumque quidem ipsorum facile efficies, ommissa autem rem particula, statim in pristinum statum restituet. Quid igitur ex his demonstratur? nempe flexum uenire a musculis qui intus sunt, extensionem autem ab iis qui foris sunt. Quapropter si quis foris est uulneratus, amiserit operationem, qui uero intus, manet adhuc operans, flectitur particula tanquam is qui natus est ipsam flectere, illaesus existat. Si uero qui intus est abscindatur, contrarium fit, extenditur quidem membrum, sed non amplius flectitur. Cur autem in utraque figura permanet particula immobilis? An quia motus inuicem succedentes corrumpi accidunt. Nam et musculus flectere natus, si sanus existat, primum flectit, secunda autem et tertia uice non amplius flectere potest, nisi parte quae extenditur, rursus accepta. Extense enim flectio est. Qui natus est extendere per eandem rationem semel quidem extendit, secundo autem et tertio non amplius poterit, nisi particula flexa denuo recepta, flexe enim extensio est. Quod si tu tunc perditam uulnerati musculi operationem imitatus, extendas tuis manibus flexam, uidebis saluum esse motum ei flectendae idoneum. Nihil enim tua opera indigens sua sponte flectetur a musculo intus constituto, operante tractione, non tamen unquam ab ullo musculo extenditur, sed semper tua opera ad hoc indigebit, ueluti si eum qui intus est uulneraueris, extendetur quidem semper particula absque tua opera, non tamen plane flectetur ab ullo musculo, sed ad hoc motu abste facto indigebit. Manifestum igitur ex dictis quod flectere quidem officium est musculorum qui
intus

DE MOTV MVSCVLORVM.

intus sunt, extēdere autē eorū qui foris sunt. Nō incertū est autem quod tensio et in seipfos contractio cōnata muscu-
lis operatio est, extensio autē et laxatio oppositorū intenso-
rum, et ad seipfos trahentium fit. Discere autē id. posses et
per alia apparentia non pauca, ut didicisti et per hoc pri-
mum, uidelicet crura auium amolitus ab animali, tuis di-
gitis pertracta tendones qui in eo sunt, prius quidem eos
qui intus, deinde eos qui foris, cernes enim per hos flecti
quidem membrum, per illos uero extendi. Iā uero si crurē,
quod toti corpori adiacet capto, utrūq; tendonem aut
musculum uelis extendere, partim etiam hoc pacto cer-
nere posses, per hos quidem qui intus sunt, membrum fle-
cti, per illos uero qui foris sunt extendi. Prætera si totum
per trāsuersum abscindere uelis, siue in animali mortuo,
siue adhuc uiuente, partem eius aliam sursum, aliā deor-
sum ferri euidenter uidebis, ad suum terminum utranq;
tractam, idq; si per quācunq; partem totum musculū per
tranuersum abscideris, fieri euidenter uidebis, quo mani-
festum est quod omnis eius particula cōnatum habet mo-
tum, in seipsam regressum. Etenim etsi principium de-
super solum abscideris musculi, totus ad terminum re-
ducetur, et si finem inferiorem ad caput retrahetur, et
si utrinque abscideris, eum quasi cōglobatum uidebis et
concurrentem ad medium ex utrisq; terminis. Noui igit
quod per unūquodq; dictorum satis demonstratur propo-
situm. Verum et per medicos operibus exercitatos, et phi-
losophos, propterea qui de omni inuentione dubitāt ope-
rationes non solum hæc, uerū etiam quæ postea dicenda
sunt omnia subiungentur. Callo enim in musculo facto
aut quocūq; tendone, eorum quidem qui in membro cō-
stituti sunt, pars flexa non magis extenditur, eorum uero
qui foris sunt extensi, non amplius flectitur, cōtratio mo-
do quam in uulnerationibus se habebat. In illis enim in
contrariam partem uulnerati pars retrahebatur, hic autē
ad ipsum patiens trahit. Videtur autē et hoc non modo re-
pugnare his q̄ antea dicta sunt, uerū etiam mirifice attes-
tari. Omne enim qđ callū contraxerit, a tumore præter na-
turam tendit. Hoc igitur ipsi ab ægritudine fieri uidetur,

b

quod ualido ab imperu uoluntario, nisi quod ab hoc motus est spontaneus, ab illa uero non spontaneus. Quare nec a ruis manibus ullum eorum quæ ira passa sunt ad contraria retrahi possunt, quemadmodum in uulnerationibus fieri solebat. Contra enim tendit callus, uice ligamenti musculo factus. Quare si possibile esset manibus nostris in oppositum locum duci particulam, nihil utique prohiberet eam a musculis oppositis abduci, utpote qui et ipsi naturalè motum habeant. Quæ autem in callis, eadem in phlegmone fieri cernuntur. Nam et musculi, et tédones, phlegmonem patientes sæpius ad se tendentes membrum impediuerunt ipsum a motu. Item durities cicatricum nihilominus præpositis passionibus frequenter ligauit ipsum ut apparet. Videntur igitur et hæc omnia in idem euenire, et his non minus ea quæ dicenda sunt, simul quod multæ aliæ arteriæ soluuntur. Mirum enim uidebatur et fere impossibile quum unum modum motus omnes musculi habeant, unum membrum nempe manum aliquando extendi, aliquando uero flecti, interdum in utranque partem circumduci, et modo sursum tendi, modo deorsum demitti, et interim retro ad spinam uerti. Verum non amplius mirum aliquid huiusmodi uideretur, nobis sciētibus tendi quidem sursum, et demitti manum, articuli qui in humero est, et musculorum ipsum mouentium actionem esse, extendi autem et flecti, brachii iuxta cubitum siti. Volui ad pronum aut supinum brachii ad radium, tangere autem spinam, et motus manus secundum talem operationem a quatuor articulis simul motis fit sic, demisso quidem brachio, flexo autem cubito, circumducto uero radio in pronum, conuerso autem manuum iunctura rursus. Verum omnes sane per musculos operantes fiunt, uerum imperientiarum non est dicendi tempus a quo quis, nam in dissectione musculorum et de usu particularum, item in anatomicis tractationibus docetur. Tum numerus omnium, et motus existens propter unamquamque ipsarum particularum. Quod autem ad propositum confert, id sermo in memoriam adduxit, ne mireris quomodo quum unus modus motus musculus sit adeo multiplici forma membra figurat, eo tamen

DE MOTV MUSCVLORVM 10

ed tamen quod unusquisq; trahit ad seipsum partē in quā inferitur, alter ex dextris ad sinistra circūducitur, alter ex sinistris ad contraria poterit, sic et alius flectit, alius extendit. Quid igitur mirū est quum multi musculi secundum multos articulos simul operētur, propter hoc bene uariā membrorum figuram esse. Nam q in caput brachii ingrediuntur, sursum tendunt ipsum. Cubitum uero extendūt, qui in cubito sunt, foris in ipsum finientes. Radium uero ad pronum qui intus in cubito sunt quasi obliquam circūducunt. Carpum siue iuncturam extendunt qui in cubito oris sunt, in ipsum terminantes. Porro unusquisq; digitorum ab internis tendicibus flectitur. Quod si unusquisq; digitorum tota figura manus his flectatur, qui in pancratio porrexerint eam, similis fit. Si autem brachiū quidem sursum tēdatur, mediocriter, cubitus uero exacte supinus extendatur, radium uero maxime musculi in cubito foris constituti reflectunt. Si carpus una cū digitis extēdat, figura totius manus silis extendentibus eā causa recipiēdi aliqd fiet utiq;. Quū eiusmodi sit ipsa cæteris obseruatis solū supinū submutēs, cōstituasq; mediū iter exacte supinū et pronū, totā formā manus talē efficies, quā maxime fit sagittaribus quū telū iecerint, ut inq; Hippocrates, sic quoq; et in singulis figuris totius manus nō difficile ē inuenire singulorum articulorum constitutionem. Modo illius memineris, quod unusquisq; musculorum dum tenditur ad seipsum, trahit particulam in quam inferitur. Hoc pacto omnia officia manus inuenies, luctantium, sagittarium, fabricantium, et quodcunq; aliud agentium musculis qui in ipsa sunt perfici. Hoc igitur itē mihi uideor clarum eē, nec amplius sermone indigere. Quod autē nō dum dictū est, et idcirco obscurū adhuc est, dicendū deinceps, uidelicet neq; omnem manus motū operatione fieri musculorum, neq; oēm immobilitatē quiete. Nā et motum aliquē possibile est inuenire, oibus musculis qui in ea sunt cessantibus ab operatione, et quadam quietem perq; multis agētib; dicatur autē prius de motu, sed ut clarior sermo sit, recordemur primum in oī corpore horū duorū motuū, qui qdem adinuicē adiacēt, sed non siſt fiunt.

111111

b ii

Vocatur autem alter ipsorum decubitus, alter decidéria. Discumbere quidem firuoluntario, decidere autem non sponte. Verum discumbere musculorum operatione cōstitur, et propter hoc opus est spontaneum animalis. Decidere autem non opus, sed casus inuitus, et musculo nullo operante indiget. Sufficit enim solum omnes musculos tensionis trahere, permittentē grauitati corpore qua uerget ferri. Hac quidē ratione decidere et discumbere differunt, eademq; et deferri manum, et demitti. Deferri enim cessantibus musculis omnibus qui in ea sunt innata grauitate corporibus detracta, demittitur autem musculis quæ in ala sunt ad seipfos tradētibus brachium. Tertius igitur hic motus inuētus est musculorum, præter duos antea dictos, illorum enim alter secundum quem operatur, in se ipsos erat congressus, alter uero secundum quem cessant, dum ab oppositis musculis extenduntur, nō erat quidem ipsis connatus, sed secundū aliquod accidens factus erat. At qui nunc adinuētus est nulla in re illis similis est, neq; enim secundum ipsum contrahitur, neq; extenditur ullus musculus, igitur nec penitus mouetur. At qui fieri non potest, ut quum totum membrum deorsum feratur, pars existens mēbri musculis immobilis maneat. Quare mouetur quidem, non tamen extenditur neq; contrahitur tūc. Quis igitur modus ipsi motus, qualis uidelicet et ossibus, neq; enim hæc extētia et cōtracta simul circūferuntur cū membris, sed ita mouentur ac si aliquod inanime corpus ipsis alligares. Quoniam igitur ex motibus cōtractio quidē musculi est tanq; instrumenti animæ, extētio autem tanq; instrumenti quidē, non tamē operatio quædam, sed simpliciter motus. Qui modo adiūctus est tertius motus, neq; ut uiuētibus quidem musculis inest omnino, sed ut inanimatis ac penitus ex seipsis immobilibus. At reliquū et quartū motum transgressi consideremus etiam modū istius, qui oppositus quodāmodo tertio esse uidetur. Tertio enim modo motus musculi demonstrati sunt cessare ab operatione sua, quamuis moueantur. Quarto opari demonstrabuntur, quamuis moueri nequaquā uideantur. Fingamus manum sursum tensam esse, et deinde in hac figura seruari,

DE MOTV MVSCVLORVM. 11

seruari, post interrogemus iterum nos ipsos, cur iam non deorsum feratur grauitate uergens, ac deinde respondeamus, quod musculorū eleuantū ipsam tensio permanet. Prius igitur quā hęc exoluantur perfecte, non est possibile manu transmoueri, cessantes tamē a tensione si nullus alius musculus tēdatur, sed oēs absq; operatione maneāt, quo grauitas eam ducit, eo deferetur. Si autē aliquis alius musculus tendatur, quo ille trahat, illuc mouebitur. Manifestum igitur quod dum manus tēsa seruetur, tensio musculorū qui ad ipsum constituerunt conseruetur. Nūquid igitur dicendū est eos operari quidem et tēdi, sed nō moueri. Atqui si hoc cauebimus dicere, non operari quidem eos dicendum. Absurdum enim est fateri eos operari secundū innaram et maxime propriā operationē, moueri autē eos negare. Atqui non apparent moueri, cur enim nō oportet etiam contraria opponere, tamen si quā maxime ardua et distinctu difficilis fiat eorū certatio. Siquidē dubitationem cupientes in contraria arguēremus, male profecto faceremus. Quū autem nō simus de numero eorū qui ideo mouent dubitationes ut nihil inueniatur, sed de his potius quā undiq; diligenter idcirco considerant, ut exacte inueniatur, oportet alacriter omne quod in cōtrouersia uenit, in mediū pferre, nihil supprimētes. Quia iā musculi opant, id eos moueri dicimus. Quia uero nec totum mēbrū cuius ps sūt, neq; ipsi singulatim apparēt moueri, pp hoc rursus nō audeamus fateri eos moueri. Quā igitur q̄piā solutionē dubitationis inueniat, utrū utrū eā quā afferūt q̄ supponūt motus Tomicos appellatos, an aliquā aliā meliorē. At ne de hoc quidē temere pnūciemus, priusq; accurate cōsiderauerimus quidnā dicāt. Mihi multo qdē melius id uiderur eē. Atq; iam ita agamus, et primum (ut enim illi docent) sic sermo procedat. Intelligamus trahi aliquod corpus inanimatum, ut puta lapidem, aut lignum ab aliquo. Rursus consideremus ab altero quodam ad cōtraria hoc idem iterū retrahi, uincere tamen robore priorē tractum, et propter hoc sequi illū corpus, multo autē minus quam si a nullo in contrariū traheretur. Tertiā autē constitutionem huiuscemodi corpori afferamus, quando

videlicet æquialenter in contraria tenditur. Non igitur prima quidē constitutio mouit ipsum semel, adeo quātū potentia mouentis poterat, et in tantam coegit distātiā progredi, in quantā id quod mouet potuit ducere. Secunda autē tanto distātiā minorem priori effecit, quāto altero mouentiū in contrarium attraxit id quod mouet. Tertia constitutio quantū alter motuum trahebat prorsum, tantum alter retrahens retrorsum in eodem loco corpus manere coegit, nō ut penitus immobile. Manet enim et hoc in eodem perpetuo, sed non similiter illi. Hoc quia nequaquā mouetur, illud quia dupliciter, uelut qui aduersus fluxum fluuii natat. Hic enim si uiribus æq̄lis sit uiolentiæ fluxus, in eodem semp̄ permanet loco, non tanquā is qui nullo pacto mouetur, sed prorsum proprio motu fertur, quantū externo retrorsum rapitur, nihil autē malū est rem ita obscuram pluribus exemplis discuti. Sit aliqua alba ales quæ in eodē loco uideatur manere. Vtrum dicendū est hanc immobilem eē, ceu si suspensa desuper fuisset, an moueri ad superiora tantū, quantum grauitas corporis eā deorsum duxisset. Mihi sane hoc uerius esse uidetur, nā si ipsam priuaueris anima, uel uigore musculorū, celeriter ad terrā deferri cernēs. Quomodo manifestū cōnatam grauitati corporis lationē deorsum equalem lationi ad superiora uigore animi existere. Vtrum igitur in omnibus huiusmodi statibus aliquando deorsum, aliquādo sursum corpus fertur, contraria uicissim patiens, sed quia celeres et momentaneæ fiunt mutationes, et in breuissimis spaciis motus ferūtur, in eodē loco manere uidetur. An uere unum locum per totū tempus occupet, non est p̄sentis temporis differere. Siquidem in naturalibus de motu sermonibus eiusmodi indagari iustius est, sed sufficit ad p̄sens hoc inuentū esse, uidelicet fieri aliquā talem speciem opationis, quā siue tonicā, siue aliter appellare uelis, nihil refert. Cognoscere autē p̄stat quale sit, ne musculi uideantur ab opatione cessare, quū manus sursum tendatur. Quatuor igit̄ oēs differentiæ motuū sunt, qui s̄m musculos sūt. Nā aut cōtrahuntur, aut extenduntur, aut trāsferunt, aut tensi manent. Est autē eiusedē generis quarta differentia primæ,

DE MOTV MUSCVLORVM 12

ambæ enim opationes musculi sunt. Quoniã aut musculũ mortuũ cui non est amplius participatio aialis uigoris in-
 cidentis per transuersum, totũ ad terminos contrahi con-
 spicimus, uidebitur utiq; non irrationabiliter hoc esse offi-
 cium cõstitutionis corporis ipsius. Atqui si corpus muscu-
 li in seipsum contrahi natum est, quis usus adhuc erit ani-
 malis potentia mouentis ipsum, nisi quodãmodo potentia
 animæ utilis sit ad hoc, ut musculi mutuo motibus cedãt.
 Nam si quod uterq; facere natus erat id ageret ppetuo, ni-
 hil certe phiberet corpus obnoxium esse passioni quæ tera-
 nus nuncupatur. Quid enim aliud tetanus est, quam quũ
 partes inuite in contraria retrahantur a musculis opposi-
 tis: Ut aut id non fiat, aliquis forte potentia animæ causa-
 retur, diceretq; iubere musculis omniũ agere, quum opposi-
 tos moueri oporteat. Verum si farebimur primum quidẽ
 contraria his quæ antea dicta sunt dicemus, nõ enim am-
 plius musculis ab animali uigore, sed potius non moueri
 concedemus, tum multa quæ secundũ ipsos apparent ha-
 bebimus sibiipsis aduersantia. Primũ sane et maximũ quod
 neruo pueniente ad musculum qui intrus est abscisso, sta-
 tim musculus ille extensus uidebitur, ac semper in extensio-
 ne manere. Oportet enim siquidem cõtractio quidem cõ-
 nata est eius corpori, extensio aut aia iubente fiebat, nec
 extensione destrui magis quã contractionẽ, quando fuit
 separatus a cõmunicatione initio musculus sectus. Nũc ue-
 ro contrario modo se habet, cõtrahitur enim neruus nõ
 incisus, ille contra extenditur. Oportebat aut non solum
 extensione destrui eius a quo abscissus est neruus, uerum
 et eius qui nõ abscissus est, utraq; conseruari et extensione
 et contractionẽ, siquidem extendi quidẽ a neruo, cõtrahi
 uero a seipsis musculi habent. Quomodo igitur et huius
 dubitationis solutionẽ habebimus ex ipsa rerũ diuersita-
 te: oportet enim et hic diuersitatẽ inuenire et motus cor-
 poris musculorũ et uirtutis quæ ipsis utatur. Quæ igit dif-
 ferentia est abscisso musculo qui extrinsecus est, aut rãdo-
 ne statim priculã flecti, rãmersi nõ eligamus flectere ipsã
 ab aliquo flexam. Nec enim præterire oportet musculos
 qui intrus sunt, a suomet corpore in seipso natos concur-

b iiii

DE MV GALENI LIBER. I. DE

rere. Quod si flexio particulae non est uoluntatis nostrae,
 quoniam pacto fieri dicatur ab animali potentia? Ut igitur
 cognoscas quis sit potentiae proprius motus, iubeto homi-
 nem conari particulam laesam plus flectere, uidebis enim
 euidente ipsam flecti. Rursus iubeto exoluere uoluntarium
 motum flectendi, uidebis enim iterum eam extendi quousque
 primam flexionem resumat, ad quam deducta est ab ipsius uo-
 luntario impetu. Ex his enim apparentibus euidenter est
 cognoscere, quod in exactam et perfectam flexionem nun-
 quam corpus musculi ex seipso peruenire possit, nisi ab ani-
 mali potentia adiuuetur. Frustra igitur forte quispiam di-
 cet, corpus musculorum naturam habens, ut contrahi possit,
 factum esse ab anima, quae reddiderit ipsum perfectius et me-
 lius. Sed qui hoc dicet, unus quidem est ex his, qui amatores
 sunt dubitationis, et indefiniti, ut ipsi uocant, quem liben-
 ter percuterent, an particulam quae nata est extendi, putet ap-
 tissimum instrumentum potentiae, cuius officium est congrega-
 re, uel contrarium. Equidem ne excogitare quidem possum, quo-
 nam pacto aliquis instrumentum natura ineptius ad motum
 struxisset, quam si ipsum ad contraria uergens uoluntati mo-
 uentis fecisset. Quod si hoc natura ineptissimum est, contra-
 rium profecto natura aptissimum, quod ex seipso inclinatur
 ad quod mouens uelit. Quae igitur potentiae animalis fe-
 stinantis musculum ad proprium principium trahere, structu-
 ra ad hoc apta ipsi fuit. Hoc quidem tale est. Illud uero ali-
 quis rationabilius quaeratur, dubitetque cur nam omnino pro-
 prium motum diximus esse corpori musculi extremam con-
 tractionem, quam et post perfectam extensionem contrahitur, et
 post extremam contractionem extenditur. Aut enim neutrum
 ipsi motum proprium esse dicendum, sed casu aliquo fieri, aut
 Quod autem inferius descendat quod premitur, obliquitas se-
 pri transexi causa est, tunc uero musculus iuxta sedem orio-
 lus est. Quumque plures sint musculi iuxta alium, et omnes tendan-
 tur in egerendo, magis quidem qui in hypochondriis sunt,
 minus uero qui inferius tenduntur. Contrario quidem modo
 quam in mictionibus se habent; magis uero in illis qui infe-
 rius, minus uero in hypochondriis operantur. Simul autem cum
 ambobus extenduntur musculi, qui iuxta respiraciones, non
 quidem ut mictionis aut excretionis instrumenta. Id enim
 extreme irrationabile est, sed quia precordiorum tensionem
 æqualem esse oportebat tensioni musculorum in alio: erat
 autem impossibile quum ipsa unus musculus sunt, cum multis et
 magnis certare, periculumque in hoc ne uicto in latum spa-
 cium thoracis euerterentur. Idcirco musculi qui sunt iuxta
 costas simul tenduntur, undique eum stringentes. Laxus enim
 existens thorax prompte cedit precordiis quam impelluntur,
 ut licet cognoscere, tendentes quidem musculos iuxta alium,
 et maxime istorum inferiores, exoluentes autem a uigore omnes
 eos qui iuxta ipsum sunt. Tota enim alius ferme in homini
 constitutionibus ad latum thoracis spacium pellitur una cum
 ipsis precordiis. Ne igitur hoc fieret, et operatio egerendi de-
 strueretur, totus thorax undique ualide stringitur. Atque ex
 oibus iam dictis clarum sit, quod musculi effluxibus excremen-
 torum assistentes: prohibere quidem ipsos suapte natura exi-
 stunt, et id officium istorum proprium, excernere autem nequeunt,

nauigeniqab

præter q̄ secundum accidens, quū operari desierūt. Ut igitur in aliis osibus particulis contrariorum motuū, cōtrarii quidē musculi præcedunt, sic se habent etiā hic. Retentio enim superfluum ex operatione istorū musculorū fit, ex cretio aut operatione eorū, qui in imo uentre sunt et diaphragmatis. Isti quidē se habent secundū p̄portionē musculis qui cōtrapositi sunt in aliis particulis, sed in diaphragmate non licet simpliciter dicere musculos cōtrapositos. Ut enim instrumentum excernendi superflua et cohibentes ipsa priores et maxime, et secundū alium quendam modum oppositionis eis qui in imo uentre sunt, habet. Ut autē respiratiuum quodāmodo habet, et quodāmodo nequāquam habet: expirationis enim nullus musculus oīno est opifex, sed uiderat hoc opus thoracis esse. Quin potius hæc passio decidit a nobis antea noiata, efflatio ē spiritus uniuersa, quæ extra fertur, s̄m operationem musculorum factā, qui in mediis costis existūt. Efflationis enim musculi oēs qui intus per costas expanduntur: opifices sunt. Et hoc rursum opus thoracis simile est decubitu quidē in toto corpore: depositioni uero in singulis particulis. Quūq; exspiratio cōtraria sit inspiratio, efflationi uero uehemens inspiratio (nomine enim proprio caret) priorē quidem oppositionē p̄cordia sola efficiunt, alterā uero mesopleurii, hoc est inter costas insiti, cū musculis ad thoracem puenientibus ex scapulis et collo. Indigent autē ipsa maxime quidē tribicinae et rubicines, et p̄cones quū dicturi sint quod nuncupatur poda: præcipue uero et qui utres inflant, uel aliqd aliud tale opus operantur, et ut simpliciter dicā, quicūq; plurimū thoracē dilatare, permutare, et cōtrahere uelint. Quare iustius utiq; quispiam musculos extra thoracē, his qui in mesopleuriis sunt intus contrapositos esse diceret, non p̄cordiis. Siquidem maxima quidē inspiratio p̄ exteriores, maxima uero exspiratio fit p̄ mesopleurios qui intus. Demonstrantur autē et horū, et quæ deinceps dicenda sunt de musculis s̄m thoracē, partim in his libris in quibus de respirationis causis agitur, partim in his qui de uoce et qui de usu tractant. Verū quantū ad p̄sens attinet, cōtinuatio sermonis claudenda est, Peculiare enim quoddā diaphragmati

DE MOTV MUSCVLORVM 24

diaphragmati præter alios musculos accidit, tum ex situ, tum etiam ex figura adiuncta quæ defierit operari et fiat laxius. Quandoque quidæ uersus spinam uergit curuū, quadoque uero uersus aluū, multo tamen promptius uersus spinā, estque per oēs figuras hominis, una excepta prona, superius quidæ diaphragma, inferius uero operatur spina. Quare rationabiliter ad hæc uerget, et quia grauarur quidæ ab his qui in anteriori parte supiacent, ex posterioribus uero partibus mollissimum et leuissimū oīum uiscerum habent pulmōnem, uerū tamen curuū ipsius aliquādo excidit in anteriores partes, tum secundū figuram pronam, tum quum operentur quidæ muscoli secundū costas, uacent autē opere quod iuxta aluū existunt. Atque manifestum est quod tunc eleuari uentrem contingit, cui rei studēt crebro, qui corpora exercēt post labores, sed si ut muscoli sint costas, sic operari fuerint, et qui iuxta aluū existunt, tale nominant spiritus cataleptim, id est occupationē. Neesse autem ē in hoc claudi superiorē terminū gutturis: si enim aperiretur dū præfati muscoli operantur, efflatio est: si uero una cū ipsis et muscoli qui in fauce et gutture sunt, tenti fuerint, nō amplius efflatio tale est, sed iam uox gignitur. Duplici igitur tensione existente omnibus musculis, una quidæ quum operantes in seipso concurrant, altera uero quum a cōtrapositis extendatur priorem quidem præcordia, inspirationibus non uiolentis habent, alteram uero quum dupliciter fiat, quemadmodum et antea dictum est: aliquando quidæ musculis iuxta aluū operantibus, aliquando uero solis etiam qui iuxta costas sunt. In expirationibus autem non uiolentis, quas præcipue expirationes uocamus, seiungentes eas ab efflationibus, neutram ipsorum habent, sed qualem cæteris omnibus diximus fieri constitutionem, quæ in medio extremorum motuum consistit, talem duplicem præcordia tantum accipiunt, quæ uersus quidem spinam in aliis uergunt figuris, in pronis autem solis uersus aluū. Verum musculis iuxta costas, et aluū curuis quidem esse continue insitum est, assimilatis subiectorum instrumentorum figuris, sed quum ab operatione cessent satis huiusmodi sunt:

operantes uero porriguntur, minusq; curui fiunt, quā ceteri fere omnes musculi quicunq; aliquas particulas mouent, contrario modo se habeant. Nam opere uacantes recti, operantes uero curui fiunt. Causa ipsorum differentia est manifesta. Quoniam enim quibusdam ipsorum dura et renitens substantia ossium subiicitur, quibusdam uero larum quoddam spacium cedit, recta ratione musculi quidem oēs qui in ossibus orti sunt dum contrahuntur, tantū in profundum et latitudinem auge scunt, quantum de latitudine adimunt, ideoq; propensiorē tumore omnē corporis habent, quibuscunq; dum tenduntur uersus principium mollities sedis cedit, his absconditur maior pars corporis eorū. Nō igitur mirū est, si omnibus fere musculis, qui in membris sunt curuatis quā operentur, soli qui iuxta thoracem et inum uentrem existant, porriguntur. Soli enim subiecta spacia lata eadentia habent, quippe aliuo eousq; repleta, ut cum dolore distendatur, non amplius porriguntur. Quod enim aliis perpetuo inest, renitentia uidelicet subiectæ sedis, id quā repleta est aluius accedit his qui iuxta inum uentrem existant. Replet uidelicet et his qui supra modum repleti sunt, et aquam inter cutē partibus, et quæcunq; uterum gerūt: quibus uero aluius uacua est, his anteq; operentur musculi curui sunt, æque ac subiectis instrumentis: ad illorū enim curuitates flectunt. Quā uero operantur, porriguntur, premunt enim facile subiectas concavitates: quare et musculi qui iuxta thoracē sunt in regionibus inter ossa orti, prius quidem quam operentur, figuram similem totis costis habēt. Curui quidem extrinsecus, caui uero intrinsecus existentes. Quum autem operentur, prementes primum quidem et maxime membranam ipsi subiectam ^{ἢ τὸ σπλάγχιον} nuncuparam; per ipsam uero et pulmonē, mollē et laxū existentem, tantū intro procedunt, quantum substantiam subiectorum instrumentorum cedentem habent. Hoc quum uniuersum aliquis cognouerit de musculorum motu, omnia quæ particularia sunt, adinuenire poterit.

CLAVDII GALENI PERGAMENI
ANATOMICARVM AGGRES-
SIONVM LIBER PRIMVS
INTERPRETE DEME-
TRIO CHALCON-
DYLO.



Aggressus quidē, et antea Anatomicos scri-
psi, cum primum Urbem Romam nuper re-
uersus sum principio imperii Antonini, &
& nūc nobis imperat. Rursus & alias has dis-
sectiones scribere mihi uisum ē duplici de
causa, altera quidē, quod cum Flavius Boë-
thus uir Conf. Ro. Roma discederet in patriam suā Prole-
maiden, rogauit me ut primos illos aggressus ipsi scribe-
re, caprus ardēri amore speculationis Anatomiae, tāq̄ alius
hominum, qui unq̄ fuerunt, huic Boëtho et alios quidem
tractatus tradidi discedenti, et etiam opus aggressuum
Anatomiae in duobus cōmētariis, quia multa admodum
apud nos in pauco tempore specularus est. timēsq̄ ne ali-
quando obliuisceretur eorum, quae ab eo uisa sunt, indi-
guis huiusmodi cōmētariis, sed postq̄ ille uita functus ē,
ego uero cōmētariorū factorum exempla non habeo
ut darē sociis, amissis quae Romae habebam. Idcirco rogā-
tibus ipsis, uisum est melius esse ut alia scriberem. Secūda
autem causa, quia praesens tractatus longe melior quidē
eo, qui tunc factus, futurus erat, tum quia latitudine plu-
rium cōmētariorum extensus est dilucidationis causa,
tum etiā quia exactior illis foret, utpote multis mihi spe-
culationibus Anatomicis inter hoc medium tēpus adin-
uentis. Cum. n. Romae adhuc morā traheret Boëthus, et
quae ab Hippocrate de Anatomia, quae ab Erasistrato,
et quae insuper de Anatomia uiuētium, et etiam mortuo-
rum aedita sunt, et praeter haec de causis respirationis, et de
uoce. Illo uero abeunte scribebatur a me magnus tracta-
tus de usu particularum, quē cum absoluissem in decem

libris

A

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

et septē libris mihi ipsum ad Boëthum adhuc uiuentē. Verum cōmentaria terna de Thoracis et Pulmonis motu iā diu scripsi cū essem adhuc adulescens, cōdiscipulo morē gerens in patriam suā proficiscenti post longum tempus, qui cupiebat quidem publice ostentationē facere, sed cōponere sermōes demonstratiuos haud idoneus erat, mortuo uero et illo accidit ea cōmentaria excidere, ut iā multi ipsa possiderent, quāuis nō ad æditionē facta essent. Cū n. adhuc apud Smyrnam agerē, Pelopis causa, qui secundus mihi præceptor fuit, post Saryrum quinti auditorem, scripsi quidem ipsa, nihil adhuc magnum, et nouū ipse dicens. Postea uero cum Corinthi quidem fuisset Numisiani gratia, qui et ipse probatissimus discipulus Quinti erat, Alexandria aurē et in quibusdā aliis gentibus cū essem, apud quas intelligebā probatum Numisianū discipulum Quinti immorari, deinde in patriam rediissem, mansi semq; in ea haud multo tempore, rursus me Romā cōtulī ubi et Boëtho perq; multas anatomias feci p̄sente quidē ipso, semper Eudemo peripaterico, et Alexandro damasce no, qui nunc Athenis dignus habitus est sermōes peripatericos publice edocere, sepius uero et aliis uiris p̄clariss. quēadmodū et qui nunc urbis Romæ præfectus est, uiro sane in oibus præstanti, opere et sermone in philosophia Serg. Paulo Cos. Tunc. n. feci & Aggressiones anatomicas Boëtho, quæ multo inferiores sunt iis q̄ a me modo scribendæ sunt, non solū p̄spicuitate, uerū et cura magis exacta. Quāobrem iam mihi attende animum incipiēti sermōnem. Quale. n. in tentoriis sunt uocati tigni, et in domibus parietes, tale quid in animalibus est ossium substantia. Nā et cætera nara sunt reddi similia ipsi, simulq; mutari, ut si animal calua rotunda sit, necesse est quoq; cerebrum tale sit, quēadmodū sane si oblonga sit, huic animali et cerebrum quoq; et si genæ sint parua, et faciem rotam rotundiore, et musculos earū paruos esse necesse ē, sic quoq; si longæ sint, longa protinus et tora facies erit hmoi animali, longi etiam et muscoli, qui in ea sunt. Ideo et simia omnium animalium simillima homini est, et uisceribus, et musculis, et arteriis, et uenis, et neruis, quia etiam specie
 ossium

ossium ipsi similis est, nam propter naturam ipsorum, et duobus cruribus uadit, et anterioribus mēbris instar manuum utitur, et pectus latissimum omnium quadrupedum gerit, et iuncturas similes homini, et faciem rotundam, et colulum paruum. Cum autem haec similia existant, non contingit musculos aliter se habere. Intenduntur. n. isti una cum ossibus extrinsecus, quare et magnitudinem ipsorum, et figuram imitantur, hos autem sequuntur et arteriae, et uenae, et nervi atque haec profecto similia similibus sunt ossibus, quoniam igitur et forma corporis similis redditur ossibus, et aliarum particularum natura haec sequitur, imprimis et ante omnia hortor te humanorum ossium experientiam accuratam capere, non negligenter ipsa spectantem, neque etiam ex libro dūtaxat colligentem, quos quidam de enumeratione ossium inscribunt, quidam uero de sceletis, nonnulli simpliciter de ossibus, qualis est et noster titulus, quem mihi persuadeo, et rerum exacta diligentia, et celeritate interpretationis, et claritate, meliorem esse iis, quae ab omnibus ante scripta sunt. Operæpretium itaque tibi et studium sit, non solum ex libro speciem uniuscuiusque ossium exacte ediscere, uerum etiam ipsis oculis acerrimum spectatorem humanorum ossium te ipsum efficere. Est autem Alexandria quidem hoc ualde facile, ubi et doctrinam eorum medici, qui in ea regione uersantur, discipulis cum propria inspectione exhibent, et tibi enitendum est, & si nihil ob aliud propter id ipsum solum, Alexandriam petere, quod si consequi non poteris, non impossibile ne sic quidem erit hominum ossa spectare. Equidem sepius admodum inspexi, aut sepulturis quorundam, aut monumentis dissolutis. Quinetiam fluvius cum aliquando superasset sepulchrum paucis ante mensibus negligenter factum, facile ipsum dissoluit attrahens lationis impetum totum corpus mortui, carnibus quidem iam putrefactis, exacte autem adhuc ossibus, iter sese continuatis ad unum usque stadium tractum secundo fluvio perducum fuisse, loco autem paludoso ipsum excipiente, labris supino, ad hoc eiectum est mortui corpus, et erat uidere hoc tale, quale certe de industria ipsum medicus praeparasset ad doctrinam adulescentis. Spectauimus

A ii.

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

etiam aliquando et Iatronis sceleron, in monte iacētem paulo extra uiam, quem interfecit quidā uiator, prius inuadentem, aduersus procedens. Nemo autem incolarum sepulturæ mādare curauit, sed præ odio aduersus ipsum gaudebant, ut ab alitibus corpus eius deuoraretur, qui in duobus diebus cum eius carnes deuorassent, ita reliquerunt, ut ad doctrinam uolenti sceleron inspicere liceret. tu uero et si nihil tale tibi contigerit spectare, simiæ saltē anatomiam faciens in ea diligēter spectato singula ossa, exacte ablatis carnibus, eligito autem ex iis simiis, quæ simillimæ sunt homini, tales sunt, quarum neq; genæ oblongæ, nec canini dentes nūcupati magni sunt, huiusmodi simiis inuenies et alias particulas æque ac hoibus se habere. Et ob hoc ambulantes et currētes eas in duobus cruribus. Quæcūq; uero ex ipsis similes sunt Cynocephalis .i. canis caput habētib; et lōgiora rostra habent, magniq; ipsis dentes canini sunt, hæ uix etiam in duobus membris stant rectæ, tantum absunt ut ambulent, uel currant. deficiunt certe parum quid, et quæ maxime similes sunt homini simiæ, ab exacta rectitudine, nā et caput femoris, acetabulo circa coxēdicem obliquius quodāmodo circūhæsit, et musculorū qui perpendunt ad tibiam, quidā longius procedunt, hæc autem ambo impediunt et sedunt rectitudinem, quæadmodū sane et pedes ipsi, angustiores habentes quidem calcaneos, diuisos autē ab inuicem multū digitoros, uerum parua hæc sunt. et ob hoc parum rectitudinis auferunt simiæ. Quæcūq; uero simiæ similes sunt Cynocephalis, plus istæ, et manifeste iam a specie hominū discedentes, euidēter et ossium dissimilitudinē possidēt. Ex simiis itaq; eas, quæ maxime formā hominis referunt eligens, in ipsis disce diligēter ossium naturā, ex nostris colligens scriptis. statim. n. inerit tibi, & eorum noibus assue fieri, quæ utilia futura sunt etiā ad doctrinā aliarum partium anatomie, hoc aut pacto, et si aliquando postea incidēris in sceleron humanū, facile omnia cognosces, et memoriæ mādabis, sed si soli lectioni cōfusus fueris absq; hoc q; assuecas inspectioni simiarum ossium, utiq; neq; cognosces accurate hominis sceleron. repēte uisum, neq;

memo/

LIBER PRIMVS 3

memoraberis. Memoria namq; sensibilibus rerum continua consuetudine indiget. Et ob hoc, & ipsorum hominum illos citissime cognoscimus quibuscum multoties conuersati sumus, eum uero qui semel aut bis uisus est, si post longum tempus uiderimus, rursus præterimus, neq; omnino cognoscentes, neq; recordâtes prioris spectationis. Sic igitur neq; anatomia quidem multum celebris, quæ incidenter offertur, quam medicorum quidam celebrant, sufficiens est naturam uisorum docere. Vidisse .n. prius oportet per multum ocium singulam particulam, ut illico uisa cognoscatur, maxime quidem in ipsis hominibus, sin minus, at saltem in animalibus homini similibus, multorum .n. denudatæ sunt particulae a cute, quorûdam uero & a carne ipsa, ex carbonibus qui peruagati sût multas Asiæ ciuitates. Ego aut in patria per illud tempus adhuc morabar a Satyro magistro erudiendus, quartum iam annum moram trahenti apud Pergamum cum Costunio Rufino construente nobis templum diui Aesculapii, mortuus autem erat non multo ante Quintus preceptor Satyri, quicumq; igitur nostrum spectarunt Satyrum anatomiam facientem alicuius denudatarum particulae, prompte cognoscebamus ipsas, & distinctionem dearticularam faciebamus, precipientes laborantibus ut aliquo mouerentur motu, quem sciebamus quonam perficeretur musculo, parum quidem contrahentes et inuertes interdum musculos causa uidendi arteriam appositam eis magnam, aut neruum, aut uenam. Ceteros autem omnes uidebamus quasi cæcos ignorantes denudatas particulas. et patientes necessario de duobus alterum, aut multas partes denudatorum musculorum extollentes, et circinuerentes, qua ex re molesti agrotantibus erant frustra indagantes, aut ne a principio quidem aggredientes talem inspectionem. precipere .n. laboranti mouere particulam motu conuenienti, qui assueti erant magis sciebant. Cognoui itaq; euidenter ex his uulnerariam spectationem his quidem quæ iam antea aliquid edocti sunt confirmare quæ didicerunt, his uero, qui nihil sciebant, non posse uniuersa docere, sed ad propositum ueniendum, omnium ut dixi,

A iii

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

ossium naturam intelligere oportet, siue in corpore ho-
 minis, siue simiæ, si potueris, præstat autem i utrisq;. et de
 inceptis ad musculorum dissectionem uenire. subiiciuntur
 n. ambæ hæ particule omnibus aliis ueluti fundamenta,
 post hæc autem poteris discere quodcunque uoueris pri-
 mum, siue arterias, siue uenas, siue neruos, et in horû dis-
 sectionibus tibi uersanti, et uiscerum natura erit cognita,
 erit et intestinorum quoq; adipis et adenon. i. glandinosa-
 rum (ut uocant) carniuum notitia fiet, quæ seorsum unum
 ab alio uellens subtilius licet considerare. exerceri igitur
 per hunc ordinem tibi præstat. Aliter uero ostendere si uo-
 lueris propositam ab ipso particulam oportet præparatam
 esse, ut quæ celerrime denudes atq; ostendas pluribus mo-
 dis, alias secundum aliam obiectionem ut docebo. Præ-
 stat autem præparatum esse, ut si careas simiis, aliorû ani-
 malium diuidere scias corpora, distinguens protinus in
 simiis differant a simiis. significabo. n. et illa. Expositio-
 nem igitur ossium, ut dixi, seorsum feci. et oportet prius
 illo perlecto libro, nõ solum rerum, uerum etiam nomi-
 num eorum memoriam in promptu habere, ne ego im-
 præsentiarum cogar, quod occurrit inter loquendum ex-
 ponere. scripta autem est nõ multo ante et musculorum
 anatomia per se, impellentibus quidem amicis ut habe-
 rent abeures cõmentaria, maxime uero impulit me seor-
 sum describere hanc ipsam anatomiam per se, quoniam
 Lyci quoddam opus nuper ad nos allatum est, ferme ad
 quinque millia uersuum extensum, in plurimis ipsorum, eo-
 usque erroribus plenum, ut et musculi non pauci omissi
 sint. Verum nostrum sane opus, in quo dissectionem ip-
 sam fecimus, magnitudine ad tertiam forte partem illius
 attingens, omnes musculos docet, et cum hoc etiam Lyci
 mentionem facit, qui multorum musculorum operatio-
 nes ignorauit, & quasdam omnino preterit, licet itaq; uo-
 lenti, et ex illo libro exerceri, simiæ anatomiam facere. Di-
 scet. n. et illinc adhuc magis quemadmodum oporteat
 aggredi anatomiam uniuscuiusq; particule musculorû,
 sit autem tibi primum exercitatio in cadauere, ad hoc ut
 intelligas et principium uniuscuiusq; musculi, et finem, &
 fibras

LIBER PRIMVS.

4

fibras, nunquid omnes secundum longitudinem muscu-
 li sint uniformes inter se, an uarie componantur. quos-
 dam. n. inuenies musculos simplicem naturam habentes
 fibrarum, nonnullos autem duplices, ut similes uideantur
 pluribus musculis superpositis adinuicē, quinetiam et lō-
 gitudine fibras contrarias habere, quæ omnia tibi utilia
 erunt, tum ad chirurgiā, tum etiam ad inuentionem ope-
 rationum. Nam et cum chirurgiam exercemus, cogimur
 interdum et musculos ipsos incidere, propter apostema-
 ta profunda, & abscessus, & putredines, et hæc operatio est
 utilissima cognitu, et ad præcognoscendum in magnis
 uulneribus, secundum quæ musculus integer extransuer-
 so uel oblique incisus est pereunte operatione, quam cū
 perituram prædixeris, abiq; culpa eris apud homines, qui
 libenter culpant, consueueruntque perditionem eius re-
 ferre ad curam a medicis factam, non autem ad uulnus
 antea factum. Quinetiā et ad exactam diligentia, in chi-
 rurgis maxime necessarium est scire operationes musculo-
 rum. quorūdam. n. adeo proprium est officium, ut tota
 particula inutilis reddatur, si priuata fuerit operatione ip-
 sius, quidā uero operationibus non multum propriis præ-
 sunt. Melius est igitur eū qui hæc ipsa præcognoscit quosdā
 caute, quosdā uero audacter incidere. melius præterea et
 per fibras eorum diuisionem facere. nam sectiones late-
 rales quoq; ut ad hæc dissoluūt operationē. lateralē autē se-
 ctionem uoco eā quæ secundū rectos angulos fit, necesse
 est tñ aliquādo et ulterius subdividere quasdam particu-
 las quæ uulnerationes habēt angustas puenientes ad pro-
 funditatē, pp alios usus. Etenim eo q; aliquis punctus fit,
 et maxime in capite posterioris nerui, aut in exortu, et q;
 tota uulneratio angusta sit, adeo ut periclitetur congluti-
 natis his partibus quæ in superficie sunt, maneant non cō-
 glutinata aliquando, quæ in profundo sunt. est et inter-
 dum ut et propter defluxum ad secandum musculos ac-
 cedamus, ad hæc et propter figuras sæpius in quibus uul-
 nerati sunt, diuisio secundum profunditatem aboletur, et
 occultatur. sursum .n. tenso (si contigerit) brachio, si
 facta fuerit uulneratio, impossibile profecto est, per-

A iiii

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

totam curationem ita formari hominem. Eligere. n. tunc oportet illam figuram, quæ omnium minime aliarum dolorem afferat. In eo uero quod mutatur figura quæ secundum uulnerationem fuit ad illam quæ nunc apta est. Diuisio quæ in profunditate est, aliquando euanescit et occultat penitus, ut neque medicamenta ad eam poni, neque corrupti liquores effluere possint. In talibus igitur sectione facere necesse est siue secundum latitudinem ducere, siue conglutinare uolueris uulnus, et in hoc opere omnium maxime necessarium est, et situm fibrarum scire, et operationes musculorum, diligenter autem oportet omnia agere eum qui in anatomis se exercet, ita ut ipsemet propriis manibus excoriet. Mox. n. octo musculos ignorarunt qui ante me fidentes aliis simiarum excoriationem sicuti et ego ab initio. sunt autem octo horum musculorum ignoratorum duo quidem ad morus maxillarum natura structi duo autem alii admouentes brachia lateribus, hos igitur totos ignorarunt. Aliorum uero quatuor musculorum et usum & chordas ignorarunt. omnes. n. ad chordas finiunt exacte rotundas. + Expansi autem adeo in latitudinem et reuinitatem tale desinunt, ut membrana esse uideatur in uestigio quidem pedis quæ ad hanc particulam tendit lenitatem aut manus secundum quam parte chorda suboritur, pronuntiarunt autem de iis omnes anatomie periti quod hæc quidem in manibus flecterent digitos, illæ uero in tibia calcaneum retro abducerent, & hoc rationabiliter eis contingit. In pedibus. namque primo ne omnino quidem est aliquis unus musculus specialiter natura ordinatus ad generationem chordæ, sed uno eorum, quæ sunt circa suram bipartito existente, una pars dictam generat chordam. In manibus autem euidentem quidem est generatio chordæ, uerum dum animal excoriatur, auellitur, cum non amplius possit simul excoriari quæ in palma manus est. inuenientes igitur chordam manifeste ex musculo oriri, deinde uidentes auulsum eius terminum inferiorem ad ratiocinandum magis, quam ad anatomiam diligenter faciendam, uenerunt, rati etiam hanc, causa flectendi digitos quemadmodum et subiacentes ipsi facram esse, multa profecto huiusmodi

LIBER PRIMVS. 110 5

iusmodi per totum animal neglecta a professoribus ana-
 tomia sunt inuenta, qui neglexerunt quidem exacte ana-
 tomiam facere, pronúciarunt autem id quod maxime ipsis
 persuasuum uisum sit. Quare admirari non oportet mul-
 titudinem eorum, quae ab eis ignoratae sunt, adhuc ani-
 mali uiuente postquam enim ea quae spectare tantum oportet
 diligenter facta anatomia praetermiserunt negligenti-
 a quadam quo pacto ipsi studuissent incidere, aut laqueos
 circumponere particulis adhuc animalis uiuentis ut disce-
 rent, quae nam operatio laeditur. In principio ergo et mi-
 hi ministrorum quispiam excoriabat simias dum uidelicet
 me id facere pigeret ut quod uilius quam ut ad me prineret opus
 existimarem. Sed postquam aliqui inueni in ala exigam quaedam car-
 nem insidentem simul et coniunctam aliqua ex parte mu-
 sculis qui ibi sunt, quae nulli ipsorum accommodari poterat,
 uisum est mihi melius alteram simiam diligenter excoria-
 re, eamque capiens suffocatam in aqua, sicut consueui face-
 re ne aliqua particularum, quae in collo sunt perfringatur,
 conabar excoriare cutem solam in superficie ipsam per se
 solam, nihil eorum quae ei subiiciuntur attingens. In-
 uentus est igitur praetensus omnibus costis musculus te-
 nuis membraneus principium inferius habens subordi-
 natum toti cuti quae in ilibus est. continuus autem erat mu-
 sculus hic tegumento spinalium qui in lumbo sunt, quod
 ex spina exoritur ligamenti naturam habens, nomino au-
 tem sic omnia quae ex ossibus exoriuntur, sicuti et ea quae
 ex cerebro et spinali medulla neruos, et musculorum ner-
 uositates, chordas appello. postquam uero semel inueni hunc
 musculum, diceretur autem omnis eius natura ordine pro-
 prio, et adhuc magis conatus sum omnem ipsam cutem ani-
 malis excoriare, hinc igitur inueni quos paulo ante dixi
 musculos, non causa paruorum usum a natura structos,
 quorum primos narrabo subiectos leui, et sine pilis extre-
 ma manus, partim quae intra ipsam est, quoniam mihi sa-
 tius esse uideretur facere imprimis doctrinas de tota manu
 sequenti ordine eorum quae a me scripta sunt de usu particula-
 rum, in septem et decem libris. nam aggressiones anatomicae
 antea per duo commentaria factae sunt seruantes ordinem

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

eundem quē aggressiones Marini habuerunt, et mentio-
nem illorum facio in opere de usu particularū. Nūc uero
postremo ad hanc accessi longo tēporis interuallo trāsa-
cro, in quo omnino circa anatomias animū intēdi, ut ali-
qua accuratius subtiliusq; mihi adinuenirentur exquisita,
et maxime ex his, q̄ in principio illius tractatus dicta sunt.
ignorabā. n. adhuc musculos in extremis mēbris paruos
quicūq; simul flectunt primā dearticulationem uniuscu-
iusq; digitorum, et existimabam per solum ligamentum
membraneū extrinsecus ambiens musculum in extremū
iporum internodium perueniente chorda operationem
hanc p̄fici. existimabam et chordas quæ in latera mouēt
singulos digitos proportionaliter se habere his quæ extē-
dunt et flectunt ipsos, ita ut adnascerētur solis partibus of-
sium, quæ sunt in dearticulationibus, sed ueritas nō ita se
habebat. extēdebatur. n. usq; ad finem unusquisq; singu-
lorum digitorum paruas et in star telarum aranearum ip-
sorum fibras producentes ad ossa, quæ sunt post dearticu-
lationes. In extrema igitur manu, et pede, hæc nobis inue-
ra sunt, in reliquo aut̄ omni tractatu non pauca huiusmo-
di alia de quibus dicitur conuenienti tēpore. Sed quoniā
sepius uidebor dicere contraria optimis uiris profitētibus
anatomia, melius esse mihi uideretur, et de hoc pauca p̄di-
cere. Nō a me primo ea quæ ad anatomiam spectant ince-
perunt in dissensione esse apud medicos, sed ab antiquo
id extitit ipsis ob duplicem causam, tum quia quidam fal-
so scripserunt, tum quia diuersis modis doctrinæ usi sunt,
propter quos et si nō inuicē differāt, quantū est in ipsa co-
gnitione eorum quæ uisa sunt, imaginem seu apparitio-
nem tamen discordiæ ingerunt his, qui legūt ipsorum li-
bros, sed nunq̄ uiderunt quicq̄ eorum q̄ in anatomia ap-
parent. Dicitur est itaq; latius de huiusmodi oībus in prio-
ri libro anatomiciæ discordiæ. dicitur autē et modo pau-
cis tm̄ dūtaxat, quantū ad præsentia utile sit. initiū sermo-
nis hoc faciētibus. Quibusdā igitur anatomiciæ peritorum
uisum est: quot capita musculus habeat, tot ipsos numero
esse. Quidā uero alii non capitibus attendendū censent,
sed finibus, cum hoc tamē cōsideretur magnitudo ipsius.

si. n. aut

LIBER PRIMVS. 6

si. n. aut multa capita cito coeuntia inuicē efficiant descri-
 ptionem unius musculi, non oportet hunc musculum di-
 cuntor esse putare quantum est numerus capitū, aut si fi-
 nes plures existentes motū habeant uniformē, melius est
 (aiunt) unū hūc ponere musculum, q̄ si dissoluere ipsum
 in plures particulas secundum rectitudinem uniuscuiusq̄
 ipsorum impossibile sit, multo sane magis aiunt, unum
 musculum existimare oportere. tale. n. quid et musculo q̄
 in medio brachio est extrinsecus existit, continuus. n. si-
 bi ipsi existens, et exacte unus plane scinditur iuxta bra-
 chiale in quatuor chordarum exortus, uniformem habē-
 tium motum, si quidem unaquæq̄ ipsarum nata est eum
 qui in ipsa est digitum extendere. Merito itaque omnes
 anatomiae professores hunc musculum unum esse aiunt
 non attendentes multitudini chordarum in quas finit, ea-
 dem autem ratione uidentur et adiacentem ei musculū
 qui paruos digitos obliquo motu mouet, unum existima-
 re, tamen si maxime duas habeat in fine suo chordas. A stri-
 ctus est. n. ipse superiacens toti corpori chordarum de-
 scriptionem unius musculi habens, quod si quidem effer-
 quemadmodum chordis, ita et superiacentibus ipsis mu-
 sculis descriptio duplex, utique duos musculos posuissent
 qui facerent motum obliquum paruis digitis, quando-
 quidem musculum mouentem eodem motu reliquos
 tres digitos non unum ponunt. At qui si quidem indi-
 cium sufficiens uisum est uniformitas motuum, ad fa-
 ciendam fidem q̄ unus existeret musculus, certe quem-
 admodum extendentem quatuor digitos unum ponunt
 omnes, sic et eos qui praesunt motui eorum in obli-
 quum non duos musculos, sed unum numerant. Quin-
 etiam et cum habeat musculus plura capita, in idem
 inuicem non multo post originem in unionem mu-
 sculi euntia, qui propriam habet descriptionem, neq̄
 hic quidem attendunt multitudini capitum, sic igitur
 anteriorem brachii musculum ex duobus incipien-
 tem capitibus, unum posuerunt omnes, quia etiam
 finem unum habet, et motum necessario in ipso
 unum, et totam similiter descriptionem unam, sed

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

non eos qui efficiunt suram unum ponunt, quamuis per unam chordam putent exoriri calci, quia usque ad plurimum capita eorum procedunt priusque in idem adnucem ueniant. Si igitur recte ponunt sapius non recta doctrina de aliis musculis utentes, non tamen statim huius gratia dicit quisquam ipsos ignorare musculos de quibus narrant, non tamen nec illum qui usus est magisterio siue doctrina meliori modo, ex hoc solo dissentire ab aliis existimabitur. Duos itaque deinceps dicam doctrinae modos in una re apparitionem quidem habentes non paruum discordia, non tamen re uera differentes multum, dicat autem prius alter ipsorum sic, maiores tres digitos, pollicem uidelicet nuncupatum et indicem et medium, unus mouet musculus, motibus in obliquum ceu ad parui digiti locum, exoriens quidem ex omni osse quod est in cubito, tres autem gignens ex se chordas iuxta brachiale per quas in obliquas partes digitorum inferras obliquus motus ipsius fit, hic quidem prior modus est doctrinae. alter autem in ipso secundus hic, duo musculi mouentur motu in obliquo dictorum trium digitorum extrinsecus impositus brachio. Inseritur autem alter quidem eorum in medio et indicem bipartita chorda, annexus usque ad plurimum cubiti ossi. Secundus uero una chorda insertus tanquam & ipse unus sit, pollicem nuncupatum uersus indicem digitorum ducens, caput quidem habens in superioribus partibus brachii iuxta dearticulationem in gibbero, i chorda autem non multo post finies, qua chorda annectitur praefato musculo duos digitos mouenti medium, uidelicet & indicem. Haec quidem tibi est et secunda doctrina. Differunt autem ab inuicem non adeo ipsis rebus de quibus narrationem faciunt, quantum ut dictum est doctrinae modo. exactior. n. est quoquomodo altera quam dicit ipsos duos esse musculos, quoniam apparet descriptionem propriam habere musculus pollicem mouens. Sed nec etiam prior doctrina penitus abiicienda est, quia comunicant sibi inuicem musculi, et adiacent simul conati per tenues fibras. Item uero magis in chorda qua magnum digitum et brachiale

chiale mouet, modus doctrinae apparitionem præbebit discordiæ falsæ. inest .n. et illic dicere unum musculum hūc esse, quemadmodum dictum est a professoribus anatomia, quia uidetur et unum caput habere et descriptio- nem. quodāmodo in fine radii in primo brachiali duas chordas gignat, Verum et hunc dicere præstat, ei sane cui exactæ doctrinae cura sit, non unum musculum existere, sed duos, tamen si quæ maxime conati sibi inuicem sint, a ca- pite usque ad scissionem in chordas. Nam et quia omnino seperantur quodam decenter ipsos discernere, et quia di- uersas secundum speciem particulas mouent, rationi con- sentaneum est ipsos duos existere. mouet. n. altera chor- da magnum digitum, altera brachiale, uniformi quidem motu, non tamen particulas uniformes, quod autem di- uersitate motuum magis quam principiis de superioribus di- scernere consueuerunt adinuicem musculos euidenter demonstrarunt, duos esse dicentes musculos, non unum, qui omnes digitos flectunt. At qui et motus ipsorum pro- pe quodāmodo est ut uniformis sit, et desuper principium unum, sed quia secundum quidem articulum, caput alte- rum chordarum, alterum uero caput, primum et tertium articulum flectit, idcirco duos aiunt esse musculos, unitos exactæ sibi inuicem per totum cubitum priusque desinat in radices chordarum. Verum has animaduenterunt duas esse, & diuersitate motuum, exactissima igitur doctrina has habet intentiones, non tamē accusare oportet eos qui aliter docent, cum parum ab ipsa deficient. Contrarium. n. melius est agere cum a multis uiris probatis quid inuene- rimus ascriptum non multum ab optima doctrina deficientes uti etiam ipso primo ne perturbentur auditores ad imagi- nationem diffensionis adducti, accurate uero loqui uoles ubi uidelicet probabilem doctrinam dixeris, deinceps ser- moni addes id quod melius est, si quis hos (si exempli gra- tia contingat) musculos duos existimet propter hanc cau- sam aut optimam causam dicens, deinceps addes, quod licet ut duo isti musculi unus ponatur, propterea quod per plurimum spacium conati sunt, Hac igitur melius est de omnibus musculis in principio prædixisse, quæ admodum

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

autem aggredi oporteat, et eum qui exerceri uult, et eum qui alteri demonstrare, tempus iam est dicere demonstrantes prius comunem errorem per multos qui professionē anatomiae sibi uendicant, qui anatomiam facientes interdum aialis iam per multum antea tempus mortui, adeo ut iam exsiccatae sint et simul extensa particulae, et maxime cutem ipsius extrinsecus circumiacentē tendentes, aut membranas, aut quaedam alia corpora contrahebant, simul quasdam particulas subiacentium, quae admodum et qui per chordam inferram ad interiorem partem manus trahunt et flectunt digitos, at qui ipsi dicunt ad os quod mouendum est oportere inseri musculum aut chordam, male igitur hic oblitī eorum qui a se recte dicta sunt, flecti autem digitos a chorda nullam insertionem in os habente, quae admodum igitur nos aggredi oporteat, cauentes ne simili modo ut illi erremus, dicere iam tempus est. Auferre quidem primum omnem cutē oportet, et totius cubiti et digitorum extrinsecus, uni soli parcentes, quae intra extremam iam manū ē, deinde ea quae secundū dearticulationem brachialis diligenter adimere, si forte aliqua membrana cutis ablatae reliqua sit. Idoneum autem ad ablationem raliū est scalpellum, quod acutius est, sicuti quod obtusius, ad separandū ab inuicē musculos, sublatis uero membranis, & post has primo qui per medium cubitum in superficie sub cute musculi, de quo paulo post clarius dicā, certas ligamenta superiacentia dearticulationibus obliqua situ in utraq; parte membri, et extrinsecus et intrinsecus, quibus subiacent capita chordarum, ex interioribus quidem partibus flectentium digitos, ab exterioribus uero extendentium. Vtrinque autem dictorum ligamentorum in partibus quidem, quae intus sunt, duo musculi sunt, quorum unus directus ad paruum digitum tendit, alter uero uersus indicem flectens brachiale, in his autem qui extra sunt, et qui per cubitum extendit brachiale, unus musculus ē, et qui circa radium duo, brachiale uterque mouentes, Alter uero ipsorum et magnū digitum quem musculum dixi, melius esse duos ponere nō unum, ligamēta autem habent circumposita oblique capita omnium musculorum dictorum qui extrinsecus sunt. Est autem et quidam
alius

LIBER PRIMVS. ●

alius musculus per totum radium desuper impositus, ne
 quaquam hic sic finiens in chordam dictis simile, sed est ipsi in
 ferior terminus, + quo ad regionem, quae intus est conuer
 titur membraneus quodammodo magis, nullum huic muscu
 lo ligamentum circumpositum est, quemadmodum nec quidem
 qui intus sunt flexoribus brachiale, sed (ut dictum est) car
 nosus simul est et membraneus factus in termino radii,
 in interiorem regionem conuertitur, proxime dearticu
 lationi brachialis et tibi nuncupare licet membraneam
 chordam nervositatem eius. medium itaque habet situm mu
 sculus hic, ut neque de numero eorum sit, qui extra sunt, neque
 eorum qui intus constituti, secundum naturam, uidelicet
 figurata manu. Desuper. n. superiacet, et toti membro et ra
 dio, omnibus autem anatomiae peritis in duas regiones
 diuidentibus particulas, quae circa cubitum sunt, et alias qui
 dem extrinsecus uocantibus, alias uero intus, et nos sequi
 cogimur, ne multa uideamur innouare hunc sed muscu
 lum magis in his quae extra, quam in his quae intus ponendum
 censemus. Est et quidam alius musculus intra cubitum de
 quo clarius dicere distuli, nulli eorum qui per totum ani
 mal sunt, similem habens usum, nisi uni eorum, qui in tibia
 sunt, ordinatus autem est in superficie sub cute intra manum,
 inter cubitum et radium, quem musculum in chordam la
 ram dixi finientem, leui planae pilae manus subnasci, hic
 musculus apparet tibi medius inter musculos qui intus sunt,
 cum autem abstuleris pellem, nihil autem refert siue eo
 rum qui extra sunt prius uelis anatomiam facere. Incipiamus
 igitur ab hoc ipso musculo, quem subnasci dico cuti
 per chordam latam. Habet autem primum exortum
 chorda haec, haud manifestum, paulo ante articulum in bra
 chiali, circa hunc igitur ipsum locum, incipere quispiam
 posset optime anatomiam ipsius. Circumscribitur. n. est ma
 nifeste et separatus a circumstantibus et subiacentibus mu
 sculis tenuibus fibris contentus, quas et digitis licet exco
 rriare et scalpello obtuso admodum, facile autem opera
 beris etiam ipsum caput chordae, eleuans in altum, aut
 per demissionem hami, aut per digitos tuos, hinc autem
 primum quidem anatomiam eius facere sursum procedentis

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

usq; ad articulationem in gibbero, unde exortus est. A pra
autem ut dixi ad huiusmodi operationem sunt obrusio/
ra scalpella, deinde lateralem ipsum persecâtes, + pertin
gentes, uidelicet de super primum exortum, una cum suis
radicibus eleuare, altam inferiorem partem quam per la
teralem sectionem separari a superiacentibus, et hic ma
xime attende operi. non multo. n. post caput suum chor/
da hæc subnascitur pelli manus interiori, circa hûc ipsum
locum licet facere tibi duplicem aggressionem, prius qui
dem in qua continuam pelli dilatatam chordam simul
auferendo ipsam separans a subiectis corporibus per scal
pellum magis acutum, alteram uero cum absoluis pellē
a chorda superpositam eâ sinēs subiectis corporibus chor
de, utroq; n. modo natura eius apparēt, & cum solum se/
paraueris ab eo pellem, conare & chordam solam rursus
auferre a subiacentibus. euidentissime. n. in hoc modo ap
parebit nasci ex tali musculo, subiecta autem est, et omni/
bus digitis interius chorda hæc, terminum habēs lineam
illam, ubi cōiungitur leuior pars manus, cuti circa ipsam
pilos generāti, post hanc autem chordam quam dixi sub
nasci parti leuiori manus, dilatari uidebis uasa et neruos
qui distribuuntur locis qui hic sunt, mēbrana uero et his
superiacēt, cum quibus adimes ipsas in dissectione muscu
lorum, subiacent. n. chordæ digitos flectētes a duobus ca/
pitibus ortum habentes, in illo maxime loco positæ, i quo
et ligamētum dixi ordinatum esse, et caput chordæ in ip/
so qua dilatatur, de qua desii dicere. Horum igitur subie/
ctorum capitū, alterū quidem quatuor generat chordas
inerras digitis omnibus excepto magno, circa principiū
secūdi internodii, a quibus chordis flectitur secūdus arti/
culus ipsorū, caput autem chordarū, quod sub hoc iacet,
in quinq; particulas scissum in una qua; ualidum quod/
dam tegumentum ipsius usq; ad extremum internodium
perueniens digitorum, hic inferitur, continet autē omnes
chordas seorsum specialiter unāquāq; ualidum quoddā
tegumentum multo quidem durius ipsa chorda, mēbra/
næ autem simile crassæ, atq; tibi nuncupari licet etiam ut
uolueris hoc corpus, et ligamentum, et membranam, et
secundam

secundum compositionem appellationem, membranę ligamentum uel membranam duram, licet etiam indumentum chordarum, et circūligamentum et regmen et tunicam ipsam nuncupare. Attrahens tamen post scissum caput unamquāq̄ chordarum, una cum dicto indumento inspicias, per subiectas quidem chordas ipsius superiectas ibi ossibus digitorū et primam de articulationem uniuscuiusq̄ digiti, et tertiā flexam utpote nascēte chorda in isto, primam uero per ligamentum circūiacens annexum ossibus, quę uero superiēhūtur huic quatuor chordę, mediū articulum dūtaxat flectunt quatuor digitorum, tanq̄ capiti secundę scyralidis. i. ossis internodii innascantur. Dicitur autem est in sermonibus de ossibus, q̄ scyralides et phalanges internodia nominant professores anatomię ossa digitorum, spectabis autem ipsius insertiones auferēs circūpositum in circulo chordis ligamentum, et subiectę quidem chordę superiacentes ossibus ibi digitorum, absque hoc q̄ scindantur ad tertium os uniuscuiusq̄ digiti insertionem habent, superiacentes autem huic quatuor, ad secundum quidē ut dictū est inseruntur ossium, utpote autē præueniente priore chorda maiore, ut subiecta sit in unaquaq̄ ipsius, unaquaq̄ in duas equales partes scissa circuit chordam subiectā, et inseritur obliquis partibus secundorū ossium, peculiare autē qddā precipiū habet p̄ter alios digitos, magnus, tum quia ab altioribus nihil uenit ad ipsum, tum quia germinatio particularum huic soli digito secundum utraq̄ partē fit, non secundum cōmune oium caput. Accurate igitur attendēs cauę parti manus, in ipsa considera chordam, quę scinditur in magnū digitum ex quatuor simul nascentibus, non tamen in primum articulum ipsius accedit, quēadmodum unusquisq̄ eorum in eū qui est sibi per directum, secundū autē supergradiens de inde extēsa usq̄ ad tertium, id quidem simili modo illis in insertionē + mouet, secundū autem ipsum a primo p̄ tunicam circūiacentem extrinsecus ipsi, atq̄ oportet incidere hanc tunicam cum absolueris a chordis acuto scalpello secundum longitudinem. si. n. etiā erraueris circa manualem operationem, si nō incidis secundū rectitudinē,

B

GALE. ANATOMICA. AGGRES.

